

ritas quasi media omnibus communicat: et
quasi melior omnes cumulat virtutes. Emu-
lamini ergo filie hierusalem charitativa melio-
ra, magis autem ut charitatem habeatis: et ab-
undantius habeatis: tunc in affectu amoris
transite. **Quod** enim amabilis est dilectus no-
ster Iesus christus. Qui vivit et regnat in secula
seculorum Amen.

Sermo. xx.

Ad istis quod

A modo invitare sunt filie syon:
audistis. Id enim est quod non exprimit litte-
ra. Unde ergo? Nunquid de syon? Sed videbi-
tur de deo in syon. Non ergo de syon eas vo-
cat: quas ad videndum deum vocat. At forte
non ad visionem dei: sed ad videndum Salo-
monem in diademate quo coronavit eum ma-
ter sua. Ideo quod nil obstat: si filias syon egre-
di iubet de syon. Sed nunquid non homo
ille natus est in syon? Ergo si de syon evoca-
ntur: non tamen vocantur nisi ad syon. Nec
enim dignum aut consentaneum videtur: ut filie
syon egrediantur de ea: presertim ad videndum
ipsum: cuius habitatio in syon: ut qui natus
est in ea. Demini disertum et eruditum quendam
virum: quomodo super hoc disputaret loco
dixisse. Male locute videntur que iubentur
egredi. Satis commode pro tempore dicitur: ad
audientiam proposituerat: utilitatem desectens.
Ibi tamen nimis bene locute videntur:
ad quas presentis verbi hortatio intenditur.
Ubi queris? In reclinatorio aureo: de quo
precessit sermo besternus. Delectabilis ille lo-
cus est: et verior ad leticiam: quam humana quod
affectio capere. Delectationis nimietas
seipsum exhaurit: et ebibit animum voluptas
erundans. Uicibus alternat hoc gaudium:
nec potest esse continuum: quod est nimium. So-
ne tamen vices ubi non discedit a proposito. Non
datur in carne commorari hereditate possi-
dere reclinatorium aureum. Ideo iubentur
egredi filie syon. Sed quod dicat: ne longius
abeat. Egredimini (inquit) et videte regem Sa-
lomonem in diademate quo coronavit eum
mater sua. Non vult eas a christo discede-
re: sine mente excedat: sine sobrie fiant. So-
na sobrietatis simplicitatis fidei: quam intuen-
tium possit aspectus ferre: et qua possit fove-
ri. Felix quod hoc gradum quomodo descendit ex-
peditur: et quomodo ascendit incipit. Ascendent

ibus enim hic speculationis locus primus occu-
rrit. Bona enim speculationis emulatio:
sed scientia necessaria est. Reclinatorio: ad
illud aureum succenderis et succingeris: locum
vere speculationis. Studium probum: sed ex-
pecta: ut componam tibi gressum et gradum po-
nam. Specula est et specula vere sublimis
specula omnis terrene exaltationis super gres-
sa nebulas. Inassuetus quod illuc saltum pa-
ras: Danibus (sicut scriptum est) nitere: ut as-
suescas morari in edere regis Salomonis.
Interim repe donec rapiaris. Non enim sal-
tus sed ascensionis (inquit psalmus) dispositio
est in corde suo. Erigit autem quando ascensio in
saltum: magis vero in assumptione convertitur.
Que sunt autem iste ascensionis: nisi quod
meritis purgationes? Ideo in valle lachry-
marum: quoniam delicta que plorant purgantur.
Felix qui satis laruit lectulum cordis: quod suf-
ficienter ploravit: cuius completa est tristitia:
cuius ad cor consolationes inspiratio loqui-
tur divina: et de consualle plorationis evocat
cuius a furore iudicis non turbat oculus ut
videre valeat regem Salomonem tranquillo
aspectu in die leticie cordis eius. Egredimini
filie syon: et videte regem Salomonem.
Illi enim habent digni hac leta visione: quod se
quodam penitentie lege concluserint: et discipli-
ne coartaverint custodia quorum renuit anima
consolari. Cuius nosse quod bona sit conclusio:
Deus conclusus fons signat. Surge pro-
pera amica mea et veni. Vides iam quomodo ille
invitat: et amica vocat que seipsum concludere
novit. Quod si conclusus estis: nolite egredi
donec christus vos invitet. Egressa est Di-
na non educta: et egressa est: non ut regem Sa-
lomonem: sed ut mulieres videret regionis
illius. Quid inuenerit vos noscitis. Cuius
egredi nolite: nisi quando vos aut spiritus
aut sponsi invitent sodales. Egressus est La-
zarus quomodo illum dominus evocaret ad vi-
tam. Egressus est Aho de ea que ipsum in-
ter huius mundi fluctus illesum archa con-
cluserat: sed ingressus est quomodo ei reclusit hostia
dominus. Egressus Abrahama de terra sua:
ut repromissionis terram videret: sed voca-
tus egreditur. Et vos egredimini filie syon:
invitate ad felicioris gratiam visionis.
Conclusus est et conclusus misere: qui be-
atam ad hanc visionem egredi nec nititur nec
meretur. Sed vilis conclusio: egressio li-
bera. Denique quomodo fueris (inquit) puerus
L 2